

# A G N E L L I

74

perium successit, qui triginta & unum annis in Imperio durans, Romæ occisus est in loco, qui vocatur ad Laurum. *Valentinianum Constantii*, & *Placidæ filium natum Honorio Aug. XII.*, & *Theodosio Aug. VIII. Cof.*, anno videlicet 418. *VI. Nonas Julii tradit Prosper: Marcellinus summ. V. Nonas Julii*, anno sequenti *Monaxio*, & *Plinta Cof.* *Honorius Valentiniani Patrius XVIII. Kal. Septembri Ravennæ obiit*, *Aflepiodoto*, & *Mariniano Cof.*, anno videlicet 423. ex *Idatius*, & *Socrate*. *Theophanes ejusdem obitum V. Non. Septembri consignat Olympiodorus VI. Kal. Septembri*. *Hoc diligenterne ejus ætatis Scriptore*, uti *Eminentissimo Noriffo laudatur His. Pelagianæ lib. 2. cap. 13.*, docemur superstite etiam tum *Honorio Valentinianum Nobilissimum dictum*. At *Cæsar non nisi post Honorii mortem est renunciatus*, anno scilicet sequenti 424. *Prima Constitutionum ex Cæsare datarum diem præferit XVII. Kal. Novembri*, & est in Codice. *Theodos. lib. 14. de Muri legi*; postrema data est anno sequenti 425. *XV. Kal. Decembri*, & quæ l. ultima de *Palatinis S. L. Prioriæ summi*, in quibus *Augustus vocatur*, data sunt III. Non. *Januarii*, sive *l. 3. de Conducl. Dom. Aug.*, l. 23. de *petitionibus*, l. 14. de *Senat*, & *gleb*. *Mortuum eundem anno 425. Kal. Aprili*, communis *Chronologorum sententia fert*. Ex his manifestum sit *Agnellum Imperii nomine Cæsareanum dignitatem intellectus*, ubi *Valentinianum ait* triginta & unum annos in Imperio durasse, incunabulo enim anno trigesimo primo, collecto ab anno 424, quo ante *XVI. Octobris Cæsar renunciatus fuerat*, vere diem obiit. Cum autem id ei collatum dicitur infantis annorum sex & quatuor mensum, *Prosperi Chronologiae consonat*, natum que indicat anno 418. *Placidia enim Kal. Januarii anni 417.* potius nuptui *Constantio tradita*, decem & octo mensibus spatio (quot intercedunt inter prædictam diem, & secundam *Julii 418. Valentiniani natalem*) *Honorium primo*, inde *Valentinianum ipsum parere*; nec inde argumentum satis firmum erit posse videtur, quo *Marcellino afferenti annum 419. Prosperi 418. præferatur*; & magis quia si *septennis Augustus vocatus est post XV. Kal. Decembri anni 425.*, & si *natus fuisset secunda Julii anni 419. septimus annus ab al. quot tantum mensibus capisset*; verum cum *septennis dicatur*, de completo aptius *septimo anno id videtur intelligendum*. Ita conficitur *Valentinianum mortuum statim sicut anno 37. à prædenti Julio fluente*, cum ab initia *Cæsarea dignitate abiissent annis triginta*, cum serè *septem mensibus. C. V. Pagius in Differt. Hypat. ad annum 424. hæc habet*; natus erat *Valentinianus Constantius*, & *Galla Placidia Matre V. Non. Julias, Monaxio*, & *Plinta Cof.*, inquit idem *Marcellinus*, anno nempe 419., quare vix septenans hoc anno erat. Qui si anno 419. natus, anno 424. vix septenans? vix quinquennus fuisset, compliisse enim annum quintum die secunda Julii. Veriori proinde calculo, cum *Agnello*, & *Prospero*, sentio natum secunda Julii anno 418. post sex annos, quartoque insuper fluente mensis *Valentinianum Cæsarea V. feb. indutum*. Illud etiam observare juvat, quod quamvis ex *Prosperi Chronico* *Galla Placidia obiit alligetur anno 450.*, ex numero tamen *Baronio ad annum 425. n. 4. exhibito*, videatur illam diutius vitam protrahisse: cum etenim in adversa parte circa eiusdem *Placidæ effigiem epigraphes legatur VOTIS XXX. MULT. XXXX. argumento*, idest *Vota tricennialia* ab ea cum Filio à *Cæsarea dignitate colligenda*, celebrasse. Laudatus *Pagius* in *Prolego-*

**A**menis ad *Differt. Hypaticam nu. 30. nummum agnoscit in prædictis tricennialibus cusum*, & *nihilominus Placidam obiisse tradit anno 450.*, cùm tamen part. 2. ejusdem *Differt. cap. 14. tricennialia Imperii Cæsarei Valentiniani assignet anno 453. Vincomalo*, & *Opilione Cof.* *Planè utrumque verum esse nequit*, quod scilicet *Placidia obierit anno 450.*, & quod 453. *tricennialia cum Filio celebravit*. *Agnellus de die mortis scribit*, mortuam videlicet *V. Kal. Decembri*; de anno autem silet. *Insanabilis autem errore errat Noster ubi ait*; unoque anno *Constantius post mortem Honorii Genibus imperavit*, morbo corruptus vitales auras amisit, & reliquit filium modicum *Gallæ Valentinianum nomine*. *Constantius* nec dum septem mensibus evolutus, ut scribit *Paulus Diaconus lib. 14.*, ex hac luce subtrahens est, *Eustachio*, & *Agricola Cof.*, anno videlicet 421. *Honorius obiit Aflepiodoto*, & *Mariniano Cof.* anno 423.  
**B**X. *Valentinianum Roma in Campo Martio occisum fraude Maximini Patricii*, tradunt *Jornanius lib. 1. Cæsiodorus*, & *Marcellinus in Chronicis*. In *Victoris Chronicis pro Campo Martio*, *Campus Maximus mendicis scribitur*. *Noster interemptum vel ait in loco*, qui vocatur ad *Laurum*, de quo hæc sileare, qui *Urbem descriptere*, *Campi Martii* partem quandam fuisse crediderim. Quæ sequuntur *de Aquileja excidio præcessere Valentiniani*, adeoque *Placidia decepsum*. *Cometem apparsisse Marcellinus tradit eodem anno*, quo *Bleda*, & *Attila Illyricum, Thraciamque depopulatis sunt Eudoxio*, & *Dioscori Cof.*, anno videlicet 452. De *Ravenna memorabili incendio nil contingit apud quenquam Scriptorum legere*, quare quo anno clades hujusmodi acciderit, incertum. *Verum & hæc*, & *qua sequuntur diuersa o'cum annorum gesta in unum fascem temere colligavit Agnellus*, temporum ratione neglecta. *Quod pertinet ad Ecclesiæ*, & *Sacella*, sive, ut *Noster loquitur*, *Monasteria à Galla Placidia magnificentissime constructa*, ac *dedicata*, *difficillimum est tempora*, quibus id factum sit, definire, licet id agat *Rubeus*: quod si *C. V. Pagii Consulatum Cæsareorum regulas sequi luberet*, & annis consignare, quibus vel *Valentinianus Consulatus init*, vel *seculum cum matre tricennialia, decennialia, vel quinquennialia habuit*, aliiquid lucis in re obscurissima natü essemus: verum *incerta incertis illustrare* baud vacat.  
**C**XI. *Illiud pro integra Familiarum Theodosii*, Constantiique notitia observari meretur, quod *Agnellus narrat de Inscriptione in Templi S. Jo: Evangelistæ*, quam vocat *Tribuna*, *Galla Placidia curante*, posita, quamque eidem rei illustranda, ex *Agnello sumptu Viri Antiquitatis cultores*. *Inscriptio hæc est*: *Sancto, ac Beatissimo Apostolo Johanni Evangelistæ Galla Placidia Augusta*, cum *Filio suo Placido Valentiniiano Augusto*, & *Filia sua Justa Grata Honoria Augusta* liberationis periculo Maris Votum solvit. *Filios hic Galla Placidæ vides Valentinianum*, & *Honoriam*, neminem præter eos. *Mirum proinde Honorium ex Honoria passim factum ex prava veterum lectione ab iis*, qui cum postremo *Imperii sui anno Honoriū Augustum dicunt ob suspicionem in Gallam Placidam præconceptam*, eandem *Constantinopolim ad Theodosium misisse*, cum filiis, horum nomina recensentes ex *Librarium vito Honorio pro Hororia*, & *Valentinianum laudant*. *Id quamvis Rubeus initio lib. 3. adnotaverit*, neminem tamen novi, quid id curaverit ante *Eminentissimum Norifsum*, qui ex hac *Inscriptione à Rubeo accepta*, & ex *Olympiodore crudis*